

sol enim dicitur *chamma* sive *hamma*, ab ardore; *ham* enim significat calere: unde Punicum *Hammon*, et Jupiter *Hammonius*, cui in Africa templum fuit celebre, solis simulacro nobile, teste Macrobio lib. 1 Saturn. c. 21. Verum hic et alibi, *hammonium*, per synecdochen capitur pro quolibet simulacro et idolo: maxime tamen respicit hic Deus ad Jovem *Hammonium*, quem Judei coli viderant, imò et coluerant in Aegypto, vetaque ne eum similesque deos deinceps colant.

VERS. 51. — DESERTA FACIAM SANCTUARIA VESTRA, sive quae idolis, sive quod mihi dedicastis, puta membra tabernaculum vel templum.

NEC RECIPIAM ULTRA OBOREM SUAVISSIMUM. Non placebit mihi ultra immolatio sacrificiorum, et incensio thymiamatis vestri, antea suavissimi et gratissimi mihi.

VERS. 54. — TUNC PLACEBIT TERRÆ SABBATA SUA, q. d.: Tunc terra vestra fructu quiete suâ, cum vos qui eam vexasitis et contaminastis, ex eâ expellimini, et transferemini in terram inimicorum vestrorum: tunc enim terra hæc quiete partim sibi suæque liberationi, partim Deo uliori suo metaphorice quasi congaudebit, perinde ac indoluit ante, se à tam impiis hominibus incoli et pollui, idèoque vos quasi evomit. Vide dicta c. 18, v. 24 et 28.

VERS. 55. — ET REQUIESCET IN SABBATIS SOLITUDINIS SÆE, ED QUOD NON REQUIERIT IN SABBATIS VESTRIS, q. d.: Eò quòd illi quietem septimi anni abstuleritis, ob avaritiam et cupiditatem frugum, itaque legem meam sitis prevaricati: hæc de causâ Deus vos terrâ hæc expellet, itaque terra, soli quasi relicta, reddet suum sabbatum, id est, suam quietem illi ex lege meâ debitam.

VERS. 56. — DADO PAVOREM IN CORPUS EORUM, etc., TERREBIT EOS SONSUS FOLII VOLANTIS. Hic pavore et comes et poena est male conscientia, sicut è contrario bona conscientia est ad omnia inferrita. Hunc pavorem Deus incensit Judeis sub Tito, et aliâ sapè; item Aegyptiis in triduanis tenebris, ut dixi Exodi 10, 25. Item Caiano, Gen. 4, 14. Nulla poena, inquit Isidorus lib. 2 Soliloqu., gratior est poenæ conscientia. Vis autem nunquam esse tristis, bene vive. Secura mens tristitiam leviter suscipit. Bona vita gaudium semper habet, conscientia autem rei semper in poenâ est, nunquam securus est reus animus: mens enim mala conscientia propriis giratur stimulis. Lucanus lib. 1:

Omnes in Cæsare manes;

Hunc omnes gladii, quos aut Pharsalia vidit,  
Aut ultirris risuro dies stimulantæ senatu,

Illis nocte premitur; hunc infera monstra flagellant.

Heu quantum misero poenæ mens conscia donat!

Statius lib. 3 Thebaïdos:

Invigilant animo, scelerisque patriæ  
Supplicium exercent curæ, tunc plurima versat  
Pessimus in dubiis uigur timor.

Euripides in Oreste:

O miser Orestes, quid morbi te perdidit?

Orest.

Conscientia: sum enim mihi conscius de malis perpetratis. Menander:

Mortalibus omnibus conscientia Deus.

Pythagoras neminem tam audacem esse dicebat, quem mala conscientia non faciat timidissimum, omni enim vento excitatur et horret.

Plutarch. lib. de Tranquill. animi: *Facinorosa conscientia*, inquit, *instar ulcers in corpore, penitentiam relinquit in animâ lancinantem jugiter ac perverentem.* Seneca epist. 97. *Facinorum mala*, inquit, *flagellantur à conscientia, cui plurimum tormentorum est; eò quòd perpetua illam sollicitudo urget ac verberat, quod sponsoribus suæ securitatis non potest credere.* Isocrates dicebat: *Omniò non sperandum, si quid turpe feceris, te latiturum. Quamvis enim lateas altius, tute tamen tibi male conscius eris.* Epictetus: *Parentes*, inquit, *nos pueros pedagogo; Deus autem jam vicis insite conscientia custodiendos tradit.* Nero, ceteris matre, confessus est se exagitari maternâ specie, verberibus furiarum, ac tedis ardentibus. Ita Dion. in Nerone. S. Basilus apud Anton. in Melissa p. 1, serm. 16: *Sicut umbra*, inquit, *corpore, sic peccata sequuntur animas, et manifestas facinorum representant imagines.* S. Chrysost. homil. 22 de nequitia repulsâ: *Sicut*, inquit, *qui carcerem habitant, capitis damnationem operientes et mortem, citissimi delictis abundè fruuntur, itam oportet maximè molestam et anxiam: sic qui improbè conscientia molestantur. Conscientia enim mille testes. Hic vermis qui non moritur, assidue rodens conscientiam, Isaiæ 66, 24.*

E contrario, bona conscientia fiduciam et exultationem parit.

Plutarch. in Moral.: *Ut nepenthes*, inquit, *herba ab Homero predicata, addita poculis, omnem discentit tristitiam contrivit: ita bona mens insita nobis, omnem vitæ sollicitudinem abolet.* Bias rogatus, *quomodo res metu careret? Bona*, inquit, *conscientia.* Periander rogatus *quid in minimo esset maximum? respondit: Bona mens in corpore humano. Idem rogatus quid esset libertas? Recta*, ait, *conscientia.* Socrates rogatus, *quidnam tranquillè viverent? Illi*, ait, *qui nullius absurditatis sibi conscii sunt.* Denique Hugo Victorin. lib. 2 de Animâ, cap. 5: *Tranquilla conscientia*, ait, *est quæ omnibus est dulcis, nulli gravis; utens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, cunctis ad benevolentiam, quibus potest ad beneficiendum: cui Deus nec sua peccata imputat, quia non fecit; nec aliena, quia non approbat; nec negligentiam, quia non tacuit; nec superbiam, quia in unitate permansit.* Et rursum: *Conscientia bona est fultus religionis, templum Salomonis, ager benedictionis, hortus deliciarum, arcum reclinatum, gaudium angelorum, arca fœderis, thesaurus regis, aula Dei, habitaculum Spiritus sancti, liber signatus et clausus, et in die iudicii aperendum.*

VERS. 59. — TABESCENT IN INQUITATIBUS SUIS, q. d.: Propter peccata sua tabe sensim conficiuntur cum eis. Ita Hebr. Has poenas reipsâ experti sunt Judei in babilonica captivitate et exilio eis à Romanis illato, ac nominatim illam versûs 29: *Comeditis carnes filio-*

rum vestrorum, et filiarum vestrarum, ut patet Jerem. 29, v. 9. *Cibabo*, inquit, *eos carnibus filiorum suorum, et carnibus filiarum suarum, et unusquisque carum amici sui comedit in obsidione.*

VERS. 41. — DONEC ERUBESCAT INCIRCUMCISA MENS EORUM. Hebr., *donec humilietur eorum cor incircumcisum*, id est, improbum, luxurians, ac plenum vanis, superfluis et perversis cogitationibus. Nam per circumcisionem Judei fiebant sancti et mundi; præputium verò habentes et incircumcisi censebantur profani, gentiles, et immundi. Unde nomen præputii et incircumcisi, per metaphoram ad alia transferunt, et significat impudum, impolitum, ineptum, rude, durum et intractabile. Sic c. 19, v. 25, fructus primi arborum vocantur incircumcisi, id est, immundi et inepti ad usum. Sic hæc vocatur cor incircumcisum, id est, immundum, et suis sceleribus non præsectum, non repurgatum; sed iis obduratum et intractabile. Sic Exodi 6, v. 15, Moses ait se esse incircumcisum labiis, id est, impolitum et inlegantem in loquendo. Sic rebellium aures vocantur incircumcisa, id est, ad audiendum dura et ineptæ, quia scilicet ipsi eas obturant, ne audiant Jerem. 6, 10; Actor. 7, 51.

TUNC ORABUNT PRO IMPETATIBUS SUIS. *Orabunt*, rectè veritè interpres, si Hebræa aliter suppungas, legasque *irtus* in activâ conjugatione hiphil, non *irtus* in cal, ut jam suppungunt et legunt Hebræi: *irtus* enim significat placebunt, sen facient ut placeant, *irtus* verò significat placebunt; unde et Chald. legens *irtus*, veritè: *Tunc placebunt pro iniquitatibus suis*; intelligitur enim in Hebræo de more propositio *bead*, id est, *pro*. Sept. legerunt *irtus*: vertunt enim *rtus* *rtus* *rtus* *rtus* *rtus* *rtus*, tunc *placita* habebunt peccata sua, id est, poenas quas pro peccatis patientur, placidè et humiliter, quasi poenitentes acceptabunt. Ita Ischyrius et Vatabl. Possent etiam *rtus* *rtus* per antiphrasin et ironicè accipi, q. d.: Tunc displicebunt illis peccata eorum, tunc ea exosa habebunt et abominabuntur.

VERS. 45. — COMPLACEBIT (terra) SIBI IN SABBATIS SUI, q. d.: Tunc terra fructu quiete suâ. Vide dicta v. 24.

VERS. 44. — ET TAMEN CUM ESSENT IN TERRA HOSTILIA, NON PENITUS ARRECI EIOS, NEQUE SIC DESPEXI. Hæc præterita pro futuris accipienda sunt more prophetico, *cum essent*, id est, cum erunt, *non abjeci, neque desepsi*, id est, non abjeci, neque desepicam. Est enim toto hoc c. continua propheta, et comminatio in futurum. Ita Vatabl. Hoc loco mirè exultant Judæi; pollicentes sibi liberationem ex tam longâ quæ prenumerat servitute. Et quia prima dictio hujus periodi est *aph*, id est, *attamen*, *aph* verò Germanis significat *simiam*; hine ipsi hanc periodum vocant auream simiam, et quoties eam in synagogis legunt, mirè exultant et jubulant. Hinc Fredericus III imp. dicebat Judæos in biblis suis habere simiam, quam merito aureis debent scribere litteris. Ita miseri isti inani et erroneâ spe se

lactant. Loquitur enim Moses de tempore durationis legis et judicium: jam autem lex et judicium per Christum abolita sunt, atque per Romanos resp. et synagoga Judæorum eversa sunt.

VERS. 45. — RECORDAOR FœDERIS MEI PRISTINI. Quia licet illud fœdus cum Hebræis à Deo initum, jam sit recens, utpote ante præcedenti in Sinâ sanctum; tamen futuris generationibus peccantibus, de quibus loquor, erit antiquum.

HÆC SUNT JUDICIA (justæ minæ et poenæ, quas Deus leges suas violentibus justo judicio intelligit) atque PRÆCEPTA ET LEGES, id est, pacta, inquit Chald. Pactum enim cum Deo à Judæis initum conditio erant leges. Unde sequitur: *Quas delit Dominus inter se et filios Israel.* Et ita leges hic distinguemus à præceptis. Secundo, hæc sic explicari possunt, quasi hoc versu sit epilogus, et generalis complexio Leviticæ, omniumque legum tam Leviticæ quam Exodî à Deo laturum. Hebræa enim sic habent: *Hæc sunt sanctiones* (id est, præcepta ceremonialia) *et judicia* (id est, præcepta judicialia) *et leges sive decreta* (puta moralia et naturalia, qualia sunt Decalogi) *quæ Dominus dedit inter se et inter filios Israel, in monte Sinai per manum Moysi.*

QUAS A DEBIT DOMINUS INTER SE ET FILIOS ISRAEL IN MONTE SINAI, degenibus Israelitis in monte Sinai, ad sancendum fœdus inter se et inter eos, nam hæc leges non sunt date Moysi in ipso monte Sinai (uti Decalogus in monte hoc datus Exodi 19 et 20), sed in tabernaculo, ut patet ex initio hujus libri. Omnis ergo lex, aut penè omnis, Mosi data est in Sinâ, puta ad radices montis Sina, nam quæ sparsim in Numeris et Deuterone. enumerantur, vel explicationes, vel additiones sunt legum jam audiarum, simulque cum legibus jam auditis date sunt. Facta autem et dicta sunt hæc omnia, sub initium anni secundi egredis Hebræorum ex Aegypto, ut dixi in proemio.

PER MANUM MOYSI, per Moysen.

Ex hoc capite liquet quam verè dixerit Psaltes psal. 118: *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.* Hebr. *mood*, id est, *valde*, puta summa diligentia, studio et sollicitudine, idque primò, quia Deus custodientibus ea promittit hic præmia magna nimis. Secundo, quia violentibus ea intentat supplicia acerba nimis. Tertio, quia Deus, qui ea imperat, colendus, metuendus et observandus est nimis. Quarto, quia pericula omnia mortemque ipsam subiri vult, ne unum ejus frangatur mandatum peccatumque committatur. Quinto, quia omnia vult servari; ita ut nec unum, etiam minimum, violes: hic etiam pius facit umbram, ut vulgò dicitur. Sexto, quia totâ vitâ, à pueritia et rationis usu ad mortem usque jubet ea custodiri. Verè, ait S. Augustinus, magna tua, ô Domine, est sapientia et charitas, qui nos cogis ad amorem tui, bonumque nostrum, nisi enim id faciamus, minaris nobis gehennam; si faciamus, promittis immensas et æternas coronas.

#### CHAPITRE XXVII.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :
2. Parlez aux enfans d'Israël, et dites-leur :

#### CAPUT XXVII.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :
2. Loquere filiis Israel, et dices ad eos: Homo qui



votum fecerit, et sponderit Deo animam suam, sub estimatione dabit pretium.

5. Si fuerit masculus ad vigesimo anno usque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii.

4. Si mulier, triginta.

5. A quinto autem anno usque ad vigesimum, masculus dabit viginti siclos; femina, decem.

6. Ab uno mense usque ad annum quintum, pro masculino dabuntur quinque sicli; pro femina, tres.

7. Sexagenarius et ultra masculus dabit quindecim siclos; femina, decem.

8. Si pauper fuerit, et estimationem reddere non valebit, stabit coram sacerdote: et quantum ille estimaverit et viderit esse posse reddere, tantum dabit.

9. Animal autem, quod immolari potest Domino, si quis voverit, sanctum erit:

10. Et mutari non poterit, id est, nec melius malo, nec pejus bono; quod si mutaverit, et ipsum quod mutatum est, et illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino.

11. Animal immundum, quod immolari Domino non potest, si quis voverit, adducetur ante sacerdotem.

12. Qui iudicans utrum bonum an malum sit, statuet pretium.

13. Quod si dare voluerit is qui offert, addet supra estimationem quintam partem.

14. Homo si voverit donum suam, et sanctificaverit Domino, considerabit eam sacerdos utrum bona an mala sit, et iuxta pretium, quod ab eo fuerit constitutum, vendudabitur.

15. Sin autem ille qui voverat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem estimationis supra, et habebit donum.

16. Quod si agrum possessionis suae voverit, et consecraverit Domino: iuxta mensuram sementis estimabitur pretium: si triginta modis hordei seritur terra, quinquaginta siclis vendudetur argenti.

17. Si statim ab anno incipientis jubilaei voverit agrum, quantum valere potest, tantum estimabitur.

18. Sin autem post aliquantum temporis, supputabit sacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui sunt, numerum usque ad jubileum, et detrahatur ex pretio.

19. Quod si voluerit redimere agrum illo qui voverat, addet quintam partem estimatae pecuniae, et possidebit eum.

20. Sin autem non poterit redimere, sed alteri cuilibet fuerit vendudatus, ultra eum qui voverat, redimere non poterit;

21. Quia cum jubilaei venerit dies, sanctificatus erit Domino, et possessio consecrata ad jus pertinet sacerdotum.

22. Si ager emptus est, et non de possessione majorum sanctificatus fuerit Domino.

23. Supputabit sacerdos iuxta annorum numerum usque ad jubileum pretium: et dabit ille qui voverat eum, Domino.

24. Ir. bilae autem revertetur ad priorem domi-

L'homme qui aura fait un vœu, et qui aura promis à Dieu de lui consacrer sa vie, paiera pour se décharger de son vœu, un certain prix, selon l'estimation suivante.

5. Si c'est un homme, depuis la vingtième année jusqu'à la soixantième, il donnera cinquante sicles d'argent, selon le poids du sanctuaire.

4. Si c'est une femme, elle en donnera trente.

5. Depuis cinq ans jusqu'à vingt, l'homme donnera vingt sicles; et la femme, dix.

6. Depuis un mois jusqu'à cinq ans, on donnera cinq sicles pour un garçon, et trois pour une fille.

7. Depuis soixante ans et au-dessus, un homme donnera quinze sicles; et une femme dix.

8. Si c'est un pauvre, et qu'il ne puisse payer le prix de son vœu selon l'estimation ordinaire, il se présentera devant le prêtre qui en jugera, et il donnera autant que le prêtre le verra capable de payer.

9. Si quelqu'un voue au Seigneur une bête qui puisse lui être immolée, elle sera sainte, comme étant consacrée au Seigneur:

10. Et elle ne pourra être changée, c'est-à-dire, qu'on n'en pourra donner ni une meilleure pour une mauvaise, ni une pire pour une bonne. Que si celui qui l'a vouée la change; et la bête qui aura été changée, et celle qu'on aura substituée en sa place, sera consacrée au Seigneur.

11. Si quelqu'un voue au Seigneur une bête impure qui ne puisse lui être immolée, elle sera amenée devant le prêtre.

12. Qui jugera si elle est bonne ou mauvaise, et y mettra le prix.

13. Que si celui qui offre la bête veut en payer le prix, il ajoutera encore un cinquième à l'estimation qui en sera faite, pour le punir de sa légèreté, et il la rachètera ainsi.

14. Si un homme voue sa maison et la consacre au Seigneur, le prêtre considérera si elle est bonne ou mauvaise, et elle sera vendue selon le prix qu'il y aura mis.

15. Si celui qui a fait le vœu veut la racheter, il ajoutera un cinquième à l'estimation qui en aura été faite, et il aura la maison pour toujours.

16. Que s'il a voué et consacré au Seigneur le champ qu'il possède, on y mettra le prix à proportion de la quantité de grain qu'on emploie pour le semer; s'il faut trente muets d'orge pour semer le champ, il sera vendu cinquante sicles d'argent.

17. Si un homme fait vœu de donner son champ dès le commencement de l'année du jubilé, il sera estimé autant qu'il pourra valoir.

18. S'il le voue quelque temps après, le prêtre supputera l'argent selon le nombre des années qui restent jusqu'au jubilé, et il en ôtera autant du prix.

19. Que si celui qui avait voué son champ veut le racheter, il ajoutera un cinquième à l'estimation qui en aura été faite, et il le possèdera de nouveau.

20. S'il ne veut pas le racheter, et qu'il ait été vendu à un autre, il ne sera plus au pouvoir de celui qui l'avait voué de le racheter; et il n'en reviendra point le maître au temps du jubilé.

21. Parce que lorsque que le jour du jubilé sera venu, il sera considéré comme un bien consacré au Seigneur; et qu'un bien consacré à Dieu appartient aux prêtres, et n'est plus de la nature des autres biens, qui retournent à ceux qui les ont aliénés.

22. Cependant si le champ qui a été consacré au Seigneur a été acheté, et n'est pas venu à celui qui le donne, et de la succession de ses ancêtres,

23. Le prêtre en fixera le prix en supputant les années qui restent jusqu'au jubilé: et celui qui l'avait voué donnera ce prix au Seigneur, sans y ajouter un cinquième par-dessus, parce qu'il ne doit pas le posséder pour toujours.

24. Mais en l'année du jubilé, le champ retournera

num, qui venderat eum, et habuerat in sorto possessionis suae.

25. Omnis estimatio siclo sanctuarii ponderabitur. Siclus viginti obolos habet.

26. Primogenita quae ad Dominum pertinent, nemo sanctificare poterit et vovere: sive bos, sive ovis fuerit, Domini sunt.

27. Quod si immundum est animal, redimet qui obtulit, iuxta estimationem suam et addet quintam partem pretii; si redimere noluerit, vendetur alteri quantumcumque à te fuerit estimatum.

28. Omne quod Domino consecratur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid semel fuerit consecratum, Sanctum sanctorum erit Domino.

29. Et omnis consecratio, quae offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur.

30. Omnes decimae terrae, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, et illi sanctificantur.

31. Si quis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum.

32. Omnium decimarum bovis, et ovis, et caprae, quae sub pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.

33. Non eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutaverit, et quod mutatum est, et pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, et non redimetur.

34. Haec sunt praecepta, quae mandavit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

## COMMENTARIUM.

VERB. 2. — HOMO QUI FECERIT VOTUM, ET SPONDERIT DEO ANIMAM SUAM, SUB ESTIMATIONE DABIT PRETIUM. Pro qui fecerit votum, hebr. est *iaphli neder*, id est, qui separaverit, vel qui mirabile fecerit votum, nam, ut ait Isych, admirabile est, et valde beatitudini proximum, totum se Deo offerre, ut animam suam, vel, ut Septuag. vertunt, *ταπεινωσας τας ψυχας αυτους*, id est, honorem vel pretium (*ταπεινωσας* enim et pretium et honorem significat) animae suae, quae a Deo accepit, Deo dedit. Narrat Plutarchus in Lacon. de Lacone, qui cum voto se obstrinxisset, quod se de Leucata petra precipitem daret, conscendit montem, et conspecta altitudine sese avertit. Id cum illi probris gratia objiceretur: *Non putabam*, inquit, *ille voto majore opus esse*. Etenim qui facinus arduum concepit animo, prius à diis optare debet animum facinori parem. Hincque Plutarchus. Tale est hic animam suam Deo devovere. Plus enim est animam Deo devovere, quam offerre; ad hoc enim accedit votum, quod est novus et precipuus actus religionis. In voto enim Deo datur, non tantum ipse actus, sed et potentia, puta voluntas et libertas, cui ita renuntiatur, ut qui vovit deinceps animam velle non possit. Qui ergo actum bonum facit sine voto, Deo dat fructum arboris: qui vero eundem

à l'ancien propriétaire qui l'avait vendu et qui l'avait possédé comme un bien qui lui était propre.

25. Toute estimation se fera au poids du siclo du sanctuaire. Ce poids est très-juste, et doit servir de règle à tous les autres. Le siclo a vingt oboles.

26. Personne ne pourra consacrer ni vover les premiers-nés, parce qu'ils appartiennent au Seigneur: soit que ce soit un veau ou une brebis, ils sont au Seigneur.

27. Que si la bête qui a été vouée est impure, celui qui l'avait offerte la rachètera suivant votre estimation, et il ajoutera encore le cinquième du prix; s'il ne veut pas la racheter, elle sera vendue à un autre au prix que vous l'aurez estimée.

28. Tout ce qui est consacré au Seigneur, par une espèce d'animisme, soit que ce soit un homme ou une bête, ou un champ, ne se vendra point, et ne pourra être racheté. Tout ce qui aura été consacré une fois au Seigneur, sera pour lui comme étant une chose très-sainte.

29. Tout ce qui aura été offert de la sorte par un homme, et tout ce qui aura été consacré au Seigneur comme un animisme, ne se rachètera point; mais il faudra nécessairement qu'il meure.

30. Toutes les dîmes de la terre, soit des grains, soit des fruits des arbres, appartiennent au Seigneur, et lui sont consacrées.

31. Mais si quelqu'un veut racheter ses dîmes, il donnera un cinquième par-dessus le prix qu'elles seront estimées.

32. Tous les dixièmes des bœufs, des brebis et des chèvres appartiendront au Seigneur: et pour les payer, les dixièmes de tout ce qui passe sous la verge du pasteur, seront marqués par lui, et offerts au Seigneur.

33. On ne choisira ni un bon, ni un mauvais, et on ne changera point l'un pour l'autre. Si quelqu'un fait ce changement, ce qui aura été changé, et ce qui aura été mis en sa place, sera consacré au Seigneur, et ne pourra être racheté.

34. Ce sont là les ordonnances que le Seigneur a données à Moïse pour les enfants d'Israël sur la montagne de Sinai, et que Moïse leur a laissées par écrit.

vovet, et ex voto perficit, hic totam arborem cum fructibus Deo consignat, inquit S. Anselmus in Similitudinibus.

ET SPONDERIT ANIMAM, q. d.: Qui voverit seipsum mancipare cultui divino in tabernaculo, videlicet ut portet aquas vel ligna ad sanctuarium pro sacrificiis, ut verrat atrium, ut sarta tecta templi curet, ut subserviat Levitis, etc.: nam nemine poterat obire munia propria sacerdotum aut Levitarum, ac proinde nec ea vovere, nisi esset de genere Levi. Ita Abulensis, Cajetan. et alii. Solum ergo Levitis et sacerdotibus vovere poterat se semper in suis officiis sacris ministraturus Domino, et tunc ex voto id prestare tenebantur, ut patet in Samuele qui fuit Levita, quem mater vovit Domino, 1 Reg. 1, 11; ad alia autem laicorum officia in tabernaculo, paulo ante dicta, offerre se et devovere poterat quilibet ex quilibet tribu: sed Deus hic votum illud jubet redimi, idque primo, quia ad illa tabernaculi ministeria deputandi erant Gabaonites, Josue 9, v. 21. Unde notabat Deus, suos Hebraeos ad illa ministeria servorum deputari. Secundo, quia haec vota oneri fuissent sanctuario, quod omnes hos voventes debuisset alere. E contrario autem volebat Deus suis Levitis et ministris, quorum ingens erat nume-



rus, de vite necessarius prospicere: jussit ergo ut vota hæc commutarentur, eo pretio, quod ipse hic sancit, sicut et pretio jussit redimi primogenitos sibi debitos, illudque pretium, ut et pretium votorum horum, votum cadere in jus sacerdotum, ut patet v. 21, et Num. 18, 44. Secus est in votis Religionis in lege novâ, quibus se homo ad nobilissima ministeria dedicat, quæ omne pretium excedunt, ideoque nullo pretio redimi possunt: quæ vota non erant in lege veteri; si tamen fuissent, obligassent Judæos, sicut obligabant aliâ vota, quibus aliquid aliud determinatè volebatur, ut patet in Nazaraïs; hi enim tenebantur determinatè prestare id quod voverant. Ita Abulens. q. g.

Allegor. homo qui vovet et spondet animam est Christus, qui in primo conceptionis suæ instanti videns placere Patri cœlesti, ut se totum pro hominibus offerret ad mortem, etiam crucis, hæcque esse ejus voluntatem, imò præceptum, Philip. 2, 8, id ipsum acceptavit, ad illudque voto se obstrinxit. Ex illo enim instanti Christum se per votum consecrasset Deo ad redimendos homines, et in hunc finem omnes actiones et passiones vite suæ, ipsamque mortem et crucem per votum Deo obtulisse, probabiliter docet Franc. Suarez in 5 p., tom. 2, q. 28, sect. 2, idemque insinuat S. Augustinus, Hieronymus, Theodoretus et Basil. in illud psal. 21, 26: *Vota mea Domino reddam*; hæc enim verba, ut et totus psal. 21, ad litteram de Christo scripta sunt. Christus ergo vovens animam suam, solvit ejus pretium, scilicet sanguinem quem in cruce fudit. Hic enim sanguis, cum esset Filius Dei, æquiparabatur in pretio ipsimet Filio Dei, puta Christo Domino.

Tropologicè, Religiosus vovet animam, id est, totum se, Deo, puta corpus per votum castitatis, opes per votum paupertatis, animam per votum obedientiæ. Quare tales proximè sequuntur Christum, suntque martyres, sponsi, templi et holocausta Dei, uti pulchrè ostendit noster Platus l. 2 de Dono statos Relig.

Sub æstimatione, quæ hic taxatur et præscribitur versibus seqq. Dabit pretium. Hebræa hic sunt involuta, ita ea cum Vatablo bene et clarè reddas: *Vir cum separaverit votum animarum Domino, juxta æstimationem tuam* (ô sacerdos: eum enim alloquitur) *æstimabitur, et redimetur votum animarum quod factum est*; q. d.: Cum quis emiserit votum quo se devotet Deo, juxta æstimationem tuam, ô sacerdos, dabit pretium, votumque suum, ac seipsum redimet. Votum enim animarum, est illud quo quis animam, id est, seipsum, Deo devotet.

VERS. 5. — Dabit siclos argenti, ad mensuram sanctuarii, quod scilicet sint justissimi ponderis, instar ponderis quod servatur in sanctuario, uti dixi Exodi 30, 15.

Si mulier, triginta, q. d.: Quicumque vir fuerit 20 annorum aut plurimum, non excedat annum sexagesimum, sequè Deo devoverit, hic pro redemptione voti dabit 50 siclos, id est, 50 florenos Erabant; si sit mulier, dabit 50. Nota. Majus pretium imponitur hic viris quam feminis aut pueris, quia plures valet

vir quam femina aut puer, idque tum in se, tum ad operas et labores. Intellige hæc de liberis, non de servis: unde quæres: Quid si quis vovisset servum suum Deo, an, et quo pretio eum redimere debebat?

— Resp. cum Abulensi, q. 55, 56 et 57: Talis servus redimendus erat uti alii homines, vel potius uti agri et possessiones; est enim servus possessio heri. Herus ergo pro servo Hebræo quem voverat, solvebat pretium pro ratâ temporis quo ille hero servire debebat, ita videlicet ut considerando quanto pretio eum emerat, simul etiam considerando quanto tempore ille adhuc servire debebat, tantum solveret quantum ex pretio quo eum emit, respondebat annis quibus adhuc servire debebat: v. g., emit herus servum statim post annum septimum, sive sabbaticum, anno primo, 60 siclos, vovet illum anno tertio elapso; igitur cum servus adhuc tres annos servire debeat, et anno septimo, juxta legem Exodi c. 21, v. 2, egredi liber, dominus solvet pro ejus redemptione dimidium pretii quo eum emit, puta 30 siclos: hi enim respondent dimidio tempori, puta tribus annis quibus servus adhuc servire debet. Addet insuper herus quantum pretii partem, uti fiebat in aliorum votorum redemptione, puta 12 siclos, 12 enim sunt quinta pars 60. Quod si herus nolit servum redimere, sacerdos æstimabit et statuet servo pretium justum jam dictum, puta 50 siclorum, quo aliquid alteri vendatur. Si verò servus esset non Hebræus, sed gentilis, ideoque perpetuo serviturus, tunc tanti vendatur quanti absolute valebat pro totâ vitâ; et si herus ejus vellet eum redimere pretio jam dicto, superaddere debebat quintam pretii partem.

VERS. 5. — A QUANTO ANNO. Si videlicet parentes eum devoverint: nam puer quinquennis cum carcat usu rationis, vovere non potest.

VERS. 8. — CORAM SACERDOTE etiam minore, quod eo tempore ministrat; nam non exprimitur hic, quod debeat esse pontifex. Ita Abulens.

VERS. 9. — ANIMAL AUTEM QUOD TEROLARI POTEST DOMINO, SI QUIS VOVERIT, SANCTUM ERIT, ET MUTARI NON POTERIT, q. d.: Animal immobilabile per votum quasi Deo consecratur; unde illud in aliud mutari nolo: itaque si quis tale animal voverit ad immolationem, illud ipsum animal quod vovit, immolari deest. Sin autem determinatè non voverit animal ad immolationem, sed tantum in genere dixerit: Voveo hæc animal Domino; tunc ipsum sacerdos dabit, tanquam non Deo consecratam; neque poterit ipsum in aliud commutare: quod si commutet, et ipsum quod mutatum est, et illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino; sacerdos tamen non tenetur illud quod in genere votum est, Deo immolare; sed sibi servare potest, vel donare aut vendere cui voluit, sicut et decimas ac primitias. Idem dico de animali immundo quod quis Deo vovisset, videlicet potuisse sacerdotem illud accipere, et sibi servare, vel donare aut vendere alteri, si vovens et offerens nollet illud redimere. omne enim quod ex voto offertur, sacerdoti cedere voluit et sanxit Deus. Nam. 18, v. 11.

VERS. 11. — ANIMAL IMMUNDUM QUOD TEROLARI DOMINO NON POTEST, SI QUIS VOVERIT, ADDUCETUR ANTE SACERDOTE, QUI JUDICANS UTREM BONUM AN MALUM (an magis valeret an exigui) SIT, STATUET PRETIUM; QUOD SI DARE VOLUERIT IS QUI OFFERT, ADDET SUPRA ÆSTIMATIONEM QUINTAM PARTEM, UT PER HANC QUINTAM PARTEM, UTPOLE PRETII ACTUARIUM, COMPENSATUR ONUS SACERDOTIS, QUO TENETUR EI QUI VOVIT ET OBTULIT ANIMAL IMMUNDUM, ILLUD REVENDERE, SI IPSE ILLUD REDIMERE VELIT; QUOD SI NOLIT REDIMERE, TUNC SACERDOS ANIMAL RETINEBIT, DOUBIAT UT VENDET, UTI JAM DIXI.

Nota. Hæc lex à pari habebat locum in quavis aliâ re mobili, quæ Deo vovebatur; verisimile enim est res mobiles hæc lege animalis censerit, juxta ea quæ dicuntur v. 21. Ita Abulens.

Nota secundò. Omnia animalia, omnesque res Deo vote redimi poterant, exceptis animalibus mundis ad sacrificium.

VERS. 14 ET 15. — HOMO SI VOVERIT DONUM SUAM, ET SANCTIFICAVERIT (per votum consecraverit) DOMINO, VENDEBATUR; SIN AUTEM ILLE QUI VOVIT VOLUERIT REDIMERE EAM, DABIT QUINTAM PARTEM ÆSTIMATIONIS SUPRA, PUTA, SUPRA PRETIUM À SACERDOTE ÆSTIMATUM ET TAXATUM. Causam hujus quintæ partis assignavi v. 11. Malebant autem plerique quintam partem pretio superaddere, ut redimerent rem suam; quia si non redemerint donum, aliamque rem immobilem, illa nunquam ad eos reversa fuisset, ne quidem in jubileo, sed absolute transibat in dominium sacerdotum, qui eam vendebant; sed ita ut in jubileo ad eos quasi primos dominos reverteretur, ut patet v. 21, unde et res vendebatur pluris vel minoris, secundum jubileum magis minusque distans, ac proinde minoris quam si in perpetuum vendita et alienata fuisset. Hæc ergo de causâ voventes rem immobilem, ferè semper eam redimebant, ac proinde paucæ possessiones in jubileo ad Levitas et sacerdotes devolvebantur. Ita Abulens.

VERS. 16. — QUOD SI AGRUM POSSESSIONIS SUÆ (QUÆ UT SUUM ET PROPRIUM POSSIDET) VOVERIT, JUXTA MENSURAM SEMENTIS ÆSTIMABITUR PRETIUM. SI TRIGINTA MODII HORDEI SERITUR TERRA, QUINQUAGINTA SICLIS VENDEBATUR ARGENTI. Si plus minusve seminis caperet ager, proportionaliter agebatur vel minuebatur pretium, ut si 60 modis sereretur, vendebatur centum siclis: si tantum 15, vendebatur 25, et ita consequenter. Verisimile est quod censet Abul., hosce 50 siclos sumi pro pensione vel redditu 50 siclorum; nam si pro tanto agro qui seritur 50 modis, semel tantum fuissent soluti 50 sicli, ager ille nimis parvo et vili pretio venditus fuisset: videtur ergo venditus fuisse 50 siclis, non semel, sed quotannis solvendis, sive censu, anno 50 siclorum. Nam ager qui seritur 50 modis hordei, facit quotannis dat 50 siclos et amplius: ponamus enim modium unum seminis proferre decem modios in messe, ita ut ager 50 modiorum seminis proferat 500 modios in messe; jam demus modium quomque hordei tunc valuisse tantum 4 stufers: hinc fiet ut 500 modii valeantur 60 florenos, sive siclos.

Nota. Pro modis, hebr. est homer, quod Sept. et Chald. vertunt eorum. Ex hoc ergo loco patet, quod homer sive eorus continebat 50 modios: quare non videtur verum quod dicitur Hebræi, homer dici à hamor, id est, asinus, quod sit mensura quam ferè potest asinus, nec enim asinus ferè potest 50 modios.

VERS. 17. — SI STATIM AB ANNO INCIPIENTIS JUBILEI VOVERIT AGRUM, QUANTO VALERE POTEST, TANTO ÆSTIMABITUR. Pro quanto valere potest, Sept. et Chald. vertunt, *juxta pretium vel æstimationem agri*: Hebræa habent *juxta æstimationem tuam* (ô sacerdos); sacerdotis enim erat æstimare agri pretium, sed juxta legem jam datam, videlicet ut pro agro qui serebatur 50 modis, venderentur 50 sicli, si videlicet statim à jubileo is venderetur, ita ut pro quolibet anno numeraratur siclus: nam ab uno jubileo usque ad alterum sunt 50 anni: vendebatur enim ager tantum usque ad jubileum, quia tunc ad primum hæredem et dominum redire debebat. Siclum hic non simplicem, sed annum intelligi, dixi v. præced. Si ergo ager sereretur 45 modis, sacerdotis erat æstimare eum 25 siclis, si integrum superasset jubileum: si integrum non superasset, sed aliquot anni dem jam elapsi essent, ita ut tantum superesset 10, 20, 30 anni, tunc pro ratâ temporis et annorum, sacerdotis erat minuere pretium, plus minusve. Permittit hic Deus heri, qui hæres est, agrum suum voventi, ut eum possit redimere 50 siclis, solveudis pro ratâ annorum qui supersunt usque ad jubileum: quod si non redimat, statuit ut ager nunquam, ne in jubileo quidem, ad eum redeat, sed absolute transeat in jus Dei et sacerdotum: hoc est enim quod sequitur.

VERS. 20. — SIN AUTEM (HERUS VOVENS ET OFFERENS AGRUM) NOLUERIT REDIMERE, SED ALTERI CULIBET FUERIT VENDEBATUS, ULTRA EUM QUI VOVIT REDIMERE NON POTERIT: OCTA CEN JUBILEI VENERIT DIES, SANCTIFICATUS ERIT DOMINO, q. d.: Ager hic tempore jubilei nunquam rediit ad herum qui eum vovit, sed semper ad Deum, cui per votum *cherem*, sive anathematis sanctificatus, uti est, consecratus fuit: ac proinde in jubileo rediens, non ad herum suum laicum, sed ad Deum, de novo quasi ipsi sanctificatur, consecratur et confirmatur. Quare herus qui voverat eum, amplius redimere non poterit, sed cedit ille sacerdotibus locum Dei tenentibus, qui eum possidebant in perpetuum, jure quasi hereditario. Ita Vatabl.; hoc est enim quod sequitur.

VERS. 21. — ET POSSESSIO CONSECRATA AD JUS PERTINET SACERDOTUM. Pro *possessio consecrata*, hebr. est *ager cherem*, id est, ager anathematis vel successions, q. d.: Sicut res occisa vel successa non amplius redit ad vitam, ita ager hic Deo per votum consecratus, nec redemptus, redire nequit amplius ad dominum laicum aut profanum, sed Deo in perpetuum esse consecratus, ceditque sacerdotibus, ita tamen ut ipsi agrum illum non possideant, sed singulis jubileis vendant aliquid ex illa tribu, ex qua oriendus erat ille cuius erat ager, quique agrum Deo vorit et obtulit; idque ideo, ne sacerdotes possideant agros, hoc enim prohiberi vide-



tur Num. 18, 20, et ne diminuantur possessiones tribuum, aut transcant de tribu in tribum. Ita Abulens. q. 56. Eadem lex erat, si quis agrum suum devovisset sanctuario. In aliis autem rebus, si quis eas sanctuario devovisset, similis erat lex illi, quæ lata est de animalibus: nam si res erat talis, quæ usibus sanctuarii servire posset, ut victimæ, jumenta æs, ferrum, aurum, commutari aut redimi non poterant, sed cedebant thesauro aut ministerio sanctuarii; sin res usibus sanctuarii esset inepta, ut arma, libri, vestes: redimebantur à domino, additâ insuper quintâ pretii parte; sin ille nollet redimere, res vota aliis communi pretio vendebatur, pretiumque cedebat sanctuario. Ita Abulens. q. 51.

VERS. 22. — SI AGER EMPTUS EST, ET NON DE POSSESSIONE MAJORUM. Hujus vers. et duorum sequentium hic est sensus: Si ager aliquis non sit hereditaria sors volentis, sed emptus sit ab eo, ita ut ad hæredem et tribum suam redire debeat in jubileo, tunc si emptor primus, secundus, tertius, aut etiam vigesimus cum Deo vovebit, supputabit sacerdos quantum temporis ad jubileum supersit, et quantum pretii quo cum emptor emit, illi temporî respondeat, illudque vovens loco agri persolvat, dabitque sacerdotibus. Unde apparet emptorem agri cum cum Deo voverat, obligatum fuisse ad pretium illud agri persolvendum (hoc enim solum hic exprimitur) neque potuisse agrum alteri vendi, idèque non debuisset voventem addere quintam pretii partem, ut jussum est in precedenti casu. Cujus rei æqua et justa ratio erat, quod in precedenti casu, hero liberum erat redimere agrum, vel non redimere, sacerdos verò tenebatur eum redimere volenti reddere: hic autem è contrario onus subit, non sacerdos, sed vovens, qui cogitur agrum redimere. Rursum in precedenti casu, quinta pars pretii addebatur ab hero vovente, pro absolutâ et perpetuâ rei occupatione: nam alii emptores rei eam tantum emebant usque ad jubileum communi pretio, ultra quod perexiguam erat, hero rem redimenti, addere quintam partem pretii, pro æternâ ejus possessione: in hoc verò hujus versûs casu tantum fiebat agri redemptio usque ad jubileum; emens enim cum et vovens, tantum emerat eum usque ad jubileum, nec ultra eum possidere poterat; in jubileo enim redibat ager ad primum hæredem et dominum. Quare in hoc casu rectè et æquè comparatur emptor rem vovens, cum aliis emptoribus precedentis casus, qui tantum commune pretium persolvebant in rei à se vote redemptione, non verò cum hero, qui, ut dixi, quintam pretii partem superaddere jubetur, pro absoluto rei dominio, proque perpetuâ rei possessione, quam hæc redemptione acquirit et recuperat.

VERS. 24. — REVERTETUR AD PRIOREM DOMINUM. Prior dominus hic non est emptor, qui agrum vovit, sed est primus hæres et possessor, qui agrum primo vendidit, ac proinde ad eum ager hic in jubileo reverti debet.

VERS. 25. — OMNIS ESTIMATIO SIGLO SANCTUARIUM PONDERABITUR, id est, ut Sept., *πῶλον τριπλῆς ἑκατα σκαυβυλῆς ὄβυλαι*, omne pretium erit ponderibus sanctis, hoc est, om-

ne pretium ponderabitur librâ sanctâ, et pondere sancto. Hinc liquet sicutum, qui solvebatur voti causâ, appendi debuisset ad sicutum, sanctuarii, non quasi si diversi esset pretii, tunc enim dicendum fuisset, *computabitur, non ponderabitur*, sed quod sicutus qui in sanctuario servabatur, prorsus incorruptus esset, et jussibus ponderis, de quo vide dicta Exodi 50, 15.

VERS. 26. — PRIMOGENITA QUÆ AD DOMINUM PERTINENT, NEMO SANCTIFICARE POTERIT, ET (id est) VOVERE, SIVE BOS, SIVE OVIS (sive capra, hæc enim comprehendit Hebr. *se*) FUERIT, DOMINI SUNT, q. d.: Hæc primogenita bovis, ovis et capræ, Domino immolari debent ratione primogeniture, ut patet Num. 18, 17; nolo ergo ut ea mihi voveatis; eum tota sint mea, etsi ea non voveatis.

Hinc docere videtur Abulens. non esse propriè votum, si quis voveat rem præceptam, veli gratiâ, non colere deos alienos; licet arctius talis obligetur, quam si non vovisset. Ratio Abulens. est, quia, inquit, votum est spontanea tantum oblatio. Verum hæc sententia absolutè non est vera: possumus enim vovere omnem rem bonam et sanctam, sive ea consili sit, sive præcepti: bonum enim et laudabile est, rem eandem prestare ex religione et voto, quam prestare tenebaris ex obedientiâ. Nova enim bonitas virtutis religionis ex voto accedit huic actui præcepti et obedientiæ. Sic Jacob Gen. 28, 21, vovit quod Dominus esset illi in Deum, hoc est, quod Deum perpetuò haberet et coleret ut summum suum omniumque Dominum: ad quod tamen ex præcepto tenebatur.

Dices: Votum est spontanea oblatio. — Resp.: Id verum est respectu actûs voventis; hic enim spontaneus esse debet: vovere enim cuique est spontaneum et liberum, nulli præceptum; falsum tamen id est, respectu rei votæ: hæc enim sæpè non est spontanea, sed necessaria et præcepta. Quod ergo Deus hic noluerit Judæos vovere primogenita, sibi ex præcepto debita, et immolanda, peculiaris fuit sanctio: cujus ratio erat, quia illa jam per Dei legem Deo erant devota, et consecrata omnino; unde noluit ea Deus voveri, ne votum aliquid derogaret priori consecrationi, quasi illa non fuisset plena et perfecta, ita ut voto perfici et firmari posset.

VERS. 27. — QUOD SI DIMUNDUM EST ANIMAL, REDIMET QUI OFFULIT. Loquitur de animali primogenito, ut patet ex versu præced., quod nec voveri poterat, quia primogenitum, ut præcessit, nec immolari, quia immundum; redimatur ergo illud jubet Deus, aut vendi. Abulens. id intelligit de animali immundo tantum per accidens, ut si bos primogenitus esset sine caudâ vel auribus, quia, inquit ipse, inter animalia immunda secundam speciem, solius asini primogenitum jussit sibi Deus offerri, ejusque loco dari ovem, quæ de re dixi Exodi 15, v. 15, et rursum dicam Num. 18, 15.

SI REDIMERE NOLUERIT, VENDETUR ALIENI. Vendetur, id est, vendi poterit: nam si dominus redimere nollet, poterat sacerdos animal immundum primogenitum sibi servare, æquè ut voto oblatum, ut dixi v. 9.

VERS. 28. — OMNE QUOD DOMINO CONSECRATUR,

SIVE HOMO FUERIT, SIVE ANIMAL, SIVE AGER, NON VENDETUR, NEC REDIMI POTERIT. Loquitur hæc lex de eo quod tantum consecratur, id est, vovetur Deo, voto et consecratione omnino absolutâ et perfectâ; alioqui ex versu 14 et seq. patet, animal et agrum simpliciter et nudè votum potuisse redimi.

Unde nota. Pro consecratione vel quod consecratur, hebr. est, *cherem*, id est, succisio, anathema, et quasi destructio rei; radix enim *charam* significat occidere, excidere, succidere: inde votum *cherem* dicebatur votum maximum, quo res vota ita Deo consecrabatur, ut destrui vel occidi deberet, morique aut naturaliter aut civiliter. Si ergo animal mundum (de quo maxime hic loquitur Moses, ut patet ex sequent.), quod immolari poterat, Deo voveretur, erat *cherem*, id est, vendi aut redimi non poterat, sed Deo immolari debebat, si si homo qui poterat esse *cherem*, id est, qui poterat Deo voveri per votum *cherem* sive anathematis, verbî gratiâ, Levita, aut hostes Israel, quos Deus occidi jussisset, Num. 55, 52, Deut. 20, 15, devoverentur Deo, redimi non poterant. Sic ager hereditarius, si hæres cum redimere nollet, fiebat *cherem*, et omnino consecratur Domino, ita ut amplius vendi aut redimi non posset, intellige absolutè et venditione perfectâ: nam post quemlibet jubileum vendebatur, sed ita ut proximo jubileo rursum rediret ad sacerdotem; de hoc ergo voto *cherem* tantum loquitur hic Deus, de eoque subdit: *Quidquid fuerit semel congregatum* (absolutè et perfectè per votum *cherem*, ut habent Hebræa) *Sanctum sanctorum erit Domino*, id est, omnino sanctum et consecratum erit Domino.

Sanctum enim est quod purum, segregatum et consecratum est Deo. Unde S. Thom. 2-2, q. 81, art. 8: *Sanctificatio, ait, est munditia à peccato, vel confirmatio in bono, vel deputatio ad cultum Dei. Sanctitas verò est scientia colendorum deorum*, ait Cicero lib. 1 de Naturâ deorum; aut, ut Andronicus, *est virtus faciens homines fideles, et servantes ea quæ ad Deum sunt justa*. Et, ut ait S. Dionys. de Divin. nomin. c. 12: *Sanctitas est ab omni immunditiâ libera et perfecta et omnino immaculata munditia*. Quod enim Deo consecratur, purum et mundum sit oportet, unde S. Aug.: *Sanctus, ait, est qui ordinatum habet charitatem: et sancto tria servanda sunt, pudicitia corporis, castitas animæ et veritas doctrinæ*. Talis fuit S. Joannes Baptista, de quo Chrysost. serm. 8 de eo: *Joannes, ait, virtutum schola, magistrum vitam, sanctitatis forma, norma justitiæ, virginitatis speculum, pudicitia titulus, castitatis exemplum, penitentia via, peccatorum venia, fidei disciplina, legis summa, Evangelii actio, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mundi, officium præconis, præco judicis, Domini testis, totius mediûs Trinitatis*. Rursum sancti ex hæc unione cum Deo et consecratione fiunt deiformes, et quasi divi. Audi S. Cyrilianum de Singular. Clericor.: *Sicut modica aquæ gutta multo vino infusa à se tota deficit, vinique saporem et colorem induit; ferrum candens pristina propriâque formâ exaurit, et igni simillimum efficitur; solis radio aer perfusus, in eandem transformatur luminis claritatem; speculum radiis solaribus directè*

*irradiatum, solis in se recipit similitudinem, idque putares alterum esse solem: ita etiam sancti et beati, Dei charitate in intimis sui totaliter penetrantur, sicque deformes effecti, in Dei similitudinem transformantur*. Hii sunt *cherem* Dei.

VERS. 29. — OMNIS CONSECRATIO (hebr. *omne cherem*) QUÆ OFFERTUR AB HOMINE, NON REDIMETUR, SED MORTE MORIETUR. *Morietur* morte propriâ et naturali, si occidi possit, aut si illud occidere liceat, ut si sit animal mundum, vel si hostes sint mortu à Deo additâ: cujus exemplum videmus Num. 21, 2, ubi Chananeæ ab Hebræis voto *cherem* Deo devoti, omnino succisi et usque ad interfectionem delicti narrantur, idèque nomen loci vocatum est *cherem* et *Chorma*, sive, ut alii pronuntiant, *herem* et *horma*. Sic Jericho statuta est à Deo *cherem*, id est, anathema, ut omnino succendi et succidi deberet, nec liceret Hebræis ex ejus opibus quidquam contingere aut rapere. Nam hæc de causâ omnia castra Israel turbavit Achan, quod aliquid ex Jerichitibus prædâ sibi vindicasset, ut patet Josue 6, 17, et c. 7, 1. Tale *cherem* sive anathema pro Judæis optabat fieri S. Paulus, ut dixi Rom. 9, 5. Si verò res per *cherem* Deo vota, mortis propriæ dictæ incapax esset, *morte morietur*, id est, mori debet morte civili, sicut Religiosi nostri quasi voto *cherem* Deo dicati, civiliter mortui dicuntur: quia omni civili negotio, et hæreditate ac dominio rerum temporalium sese abdicant, perinde ac si mortui essent. Ita olim in lege veteri tam Levitæ quam agri, qui tantquam *cherem* Domino erant devoti, civiliter moriebantur, quia amplius ad profanos usus redire non poterant, perinde ut jam domus Ecclesiasticorum et Religiosorum amortizantur.

Talia *cherem*, talesque devotos habuerunt et gentiles. Ita Leonidas cum trecentis pro patriâ se devovit, et irrupit in castra Xerxis, dicens: *Prædate, committentes, apud inferos canaturi*. Rogatus, cur optinî nobilem mortem obscure vitæ anteponebat, respondit: *Quia hoc proprium nature, illud sibi esse censet*. Quare Xerxi promittenti imperium in omnes Græcos, si ab ejus partibus stare vellet, rescripsit: *Si bona vitæ cogita haberes, utique alienorum rerum cupiditatem deposuisses, mihi quidem potius id mori pro Græciâ quam in omnes gentiles dominationem obtinere, ita Philarchus in Leonidâ. Plura exempla citavi Exodi 52, 52.*

VERS. 30. — OMNES DECIME TERRE SIVE DE FRUGIBUS, SIVE DE POMIS (id est, fructibus: ita Hebr., Chald., Sept.; non enim solum pomorum, sed omnium fructuum et frugum decimas hic sibi, id est, suis ministris, puta Levitis, deposcit Deus; vide Abulens. q. 68 et seq.) DOMINI SUNT, q. d.: Domino ex hæc lege debentur, ET ILLI SANCTIFICANTUR, id est, sanctificari, dari et offerri debent. Simili phrasi dicunt Hebræi: *Quæ non fiunt, id est, quæ fieri non debent; Virum non cognosco*, id est, non possum, non licet mihi virum cognoscere. Notuit Deus Levitas in terrâ Israel possidere agros, sed vivere ex decimis, primitiis et oblationibus Domini; et hæc ratione Deus



esse ipsorum pars et hereditas, id est, portio hereditaria; quia Levitae quasi filii et haeredes Dei, gaudebant ejus bonis, puta decimis et primitiis, ut patet Num. 18, 21. Rursùm Levitae solvebant pontifici decimam partem omnium suarum decimarum, ut patet Num. 18, 28; pontifex ergo olim ditissimus erat.

Hinc cap. Parochianos, extrax. de decimis, asserit et sancti Alexander III, dicens: *Chm decima non ab hominibus, sed ab ipso Domino sicut instituta, quasi debitum exigi possunt. Ubi videtur asserere, decimas, etiam apud Christianos, debitas esse ex jure divino; quod intellige de jure tum generali: jus enim divinum, imò et naturale, dicitur alendis esse à populo sacerdotes et Ecclesiae ministros, licet in particulari non dicitur eos decimas, aut primitiis, aliove modo particulari alendis esse: tum speciali, quia scilicet decima: in lege veteri erant jure divino Judaicae praecipuae, quam legem et quod jus divinum innovavit Ecclesia, idemque lege ecclesiastica sanxit; licet tota obligatio juris divini, quae divini quia jus illud erat ceremoniale cum lege veteri desierit, sicut abrogata, et tantum jam obliget lex positiva Ecclesiae, quae illud jus vetus, uti et pleraque alia, in suas leges recepit, et demò constituit ac stabilivit, plura de decimis et primitiis dicam Num. 18, v. 12, et 21, et 29.*

Vers. 52. — *OVINUM DECIMARUM BOVIS ET CAPRAE, QUAE SUB PASTORIS VIRGA TRANSEUNT, QUICQUID DECIMUM VENERIT, SANCTIFICABITUR DOMINO, ID EST, OFFERETUR ET DABITUR DOMINO PRO DECIMIS.*

Nota est et caprae legunt Romanae et Badulphi, et Hebraicum *ison* significat pecudes tam capras quam oves, eademque caprarum quae ovium, uti in sacrificiis, ita et in decimis apud Judaeos fuit ratio. Sept. ergo et Chald., qui solus ovem meminert, sub ovo et capram intelligunt.

Nota secundò est quae sub pastoris virga transeunt, innuit modum decimandi, videlicet ut pastor ad portam ovilis, vel caula consistens virga cohibeat suas oves, capras et boves, ne simul egrediantur, sed singula ordine, ita ut quod decimum venerit et exierit, cedat in decimas Domino, illudque cum alio mutare non liceat, sive bonum sit, sive malum, sive pingue, sive macrum.

Nota tertio. Sicut versu precedenti omnium frugum et fructuum decimas exigit Deus, ita hic exigit decimas animalium, idque tantum trium, scilicet bovis, ovis et caprae; quia haec sola munda erant, aptaque ad sacrificium. Abulens, tamen à pari censet aliorum quoque animalium, etiam immundorum, ut equorum, camelorum, asinorum, praecipuas et datas à Judaeis fuisse decimas: verum locum aliquem S. Scripti. qui idipsum asserat, non affert. Hinc patet, Judaeos ex

lege quotannis debuisse offerre Deo, tam frugum omnium, quam animalium, primò, decimas; secundò, primitias, easque quadruplices, uti dixi Num. 18, 2; tertio, victimas et sacrificia, tum quotidie, tum singulis sabbatis et festis praecipua. Num. 28 et 29.

Vers. 54. — *HEC SUNT PRAECEPTA, QUAE MANDAVIT DOMINUS MOysi AD FILIOS ISRAEL, IN MONTE SINAI, Juxta montem Sinai, ut dixi c. praec. v. 46: Fons sapientiae verbum Dei in excelsis, et ingressus illius mandata aeterna. Sic vive, ut in aeternum vivas. O aeternitas, quam longa es, quam raro versaris in mentibus hominum! Quid est aeternitas? est circulus in se recurrens, cujus centrum est semper, circumferentia nunquam, puta nunquam finiri. Quid est aeternitas? est orbis ubique rotundus, sicutque similis, in quo non est principium, nec finis, in quo non est incipere, non desinere. Quid est aeternitas? est rota quae semper volvit, et volvetur in omne volubilis aevum. Quid est aeternitas? est annus jugiter revolutus, qui ubi occidit et moritur, ibi et renascitur, rursusque oritur. Quid est aeternitas? est fons in quo aqua per meandros ad suam scaturiginem semper refluit, ut iterum fluat; est fons perennialis jages dans aquas, et circulus in immensum. Quid est aeternitas? est anguis orbiculariter in se reflexus, caudam ore complectens, qui in sui fine rursùm semper incipit, et incipere nunquam desinet; est principium sine principio, sine medio, sine fine; est jage, interminum semperque inchoans principium: in quo beati vitam beatam continuò aspiciunt, novisque voluptatibus perpetuò affluunt; damnati semper moriuntur, postque omnem mortem mortisque agoniam, rursùm jugiter mori et agonizare incipiunt: ut sicut erat in principio, ita sic et nunc, et semper, erique in secula seculorum. Quamdiù terra erit terra, quamdiù caelum erit caelum, quamdiù Deus erit Deus, tamdiù beati erunt beati, tamdiù regnabunt et triumphabunt, tamdiù damnati erunt damnati, tamdiù ardebunt in pice et sulphure, et fumus tormentorum ascendet in secula seculorum.*

O aeterna veritas, o vera charitas, o chara aeternitas, Deus cordis mei, da ut te agnoscamus, tibi mente et corde inhiemus, da ut nulla nos capiat vanitas tam brevis, et in aeternum lugenda vanitas; da ut multos nobiscum trahamus ad beatam aeternitatem: da ut heroica virtutum opera in hoc momento designemus, quae coram Deo et angelis quasi trophaea fulgeant, et persitent in omnem aeternitatem. Amen.

## DOXOLOGIA DEI SANCTI

### ET SANCTIFICATORIS SANCTE COLENDI, EX SANCTIONIBUS LEVITICI.

Afferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam et honorem; adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Offerte holocausta, mincha pacifica, pro peccato; victimae et holocausta vestra pinguefiant.

Holocausta medullata offerre cum incenso arietum; offerte hoves cum hircis.

Verum jam holocausta, et pro peccato noluit, Domine; cum apparuit Christus, vera pro peccato victima, et dixit: Ecce voco.

In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam, Deus, Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei.

Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua.

Sacrificium laudis honorificabit eum, et illic iter, quo ostendet tibi salutare suum.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humilatum, Deus, non despicies.

Dirigatur Dominum, oratio nostra, sicut incensum in conspectu tuo; elevatio manuum nostrarum, sicut sacrificium vespertinum.

Sicut in holocausto arietum et taurorum, et sicut in millibus agnorum pinguium;

Sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo, ut placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te.

Et nunc sequimur te in toto corde; et timemus te, et querimus faciem tuam.

Ignem divinum in altari cordis nostri, Domine Jesu, jugiter inflamma; quem venisti mittere in terras, et voluisti vehementer accendi.

Elegit, et excelsum fecit Dominus Aaron: statuit ei testamentum aeternum, ut doceret Jacob testimonia, et in lege sua lucem daret Israeli.

Dedit illi sacerdotium gentis; sacrificia ejus quotidie ejus consumpsit.

Complevit Moses manus illius, et unxit eum oleo sancto.

Induit eum stolam glorie; tiarà coronavit eum, in vasis virtutis.

Quasi stella matutina in medio nebulae, et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.

Oblatio regis excelsi in manu ejus; libavit ad basin altaris de sanguine uvae.

Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tubis ductilibus sonperunt; vocem magnam dederunt psallentes Domino.

Cecidit omnis populus in faciem suam, adorans Dominum; et dedit preces omnipotenti Deo excelsio.

Tunc descendens manus suas exultit in omnem congregationem Israel; benedixit ei in nomine Domini.

Iteravit orationem suam, petens dari populo iucunditatem cordis, et fieri pacem in Israel, per dies semperternos.

Nadab et Abiu obtulerunt ignem alienum; ignis egressus à Domino devoravit eos.

Separavit Dominus animalia munda ab immundis; vetuit ne immundis contaminarentur animas suas.

Sanxit in partu, in lepra, in fluxu sanguinis et sanguinis, purificationem, dicens: Sancti estote, quia ego sanctus sum.

Sanxit in die expiationis dari sortem caprarum, et pontificem expiare Sancta sanctorum.

Sanguinem omnem et adipem sibi deponesit, quia in manu ejus est mors et vita nostra.

Sanxit legitima matrimonii, ne quis ad proximam sanguinis accedat.

Sanxit tam sacerdotes quam victimas esse sine macula: quia ipse sanctus est, et sanctificans eos.

Sanxit celebrare phases, Pentecosten, sabbata et tabernacula: ferias sanctas Domino.

Bucinare in neomenia tuba, in insigne die solennitatis Israel.

Sanxit sabbatum terrae, sanxit letum jubileum, et in eo remissionem cunctis habitatoribus terrae.

Sanxit leges votorum, primogenitorum, decimarum ex *charen*, Sanctorum sanctorum Domino.

Novets, et reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Non fecit taliter omni nationi; ceremonias, et judicia sua non manifestavit eis.

Mirabilia testimonia tua, Domine; ideo scrutata est ea anima mea.

Da mihi intellectum, et scrutabor mandata tua; considerabo mirabilia de lege tua.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto: sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

## IN LEVITICUM

### Dissertatio.

Levitici nomen ex legibus ad sacrificia spectantibus, muneribusque sacerdotum et Levitarum, libro inditum est. Quare alterum ejus apud Hebraeos nomen *Lex Sacerdotum*. In Hebraeo ex primà voce